

www.e-rara.ch

Ioannis Thomae Freigii Quaestiones oeconomicae et politicae

Freig, Johannes Thomas

Basileae, 1578

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: RRs 360

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-30958>

Liber sextus.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

eundem totum Declamationum Melanchthonis de periodis imperiorū: Marfilium Ficinum, & Bodinū cap. 6. Methodi historicarum.

LIBER SEXTVS.

DE CONSERVATIONE DEMOCRATIAE.

Quid agit hic Aristoteles?

Priusquā ad præcepta conseruandi Democratiam ueniat præmittit duo. Cap. 1.

I. Quæ causæ sint cur plures & differentes species Democratiaë sint. II. Illas inter se comparat, quæq; optima aut deterima sit ostendit.

Quot sunt causæ cur plures sint Democratiaë?

Duæ sunt. I. Quòd multæ partes populû sunt: populus enim constat ex agricolis, ex opificibus, ex Mercenarijs, quorum omnium aut aliquorum uariæ combinationes (*συνδυασμοί*) uarias species Democratiaë efficiunt, eaq; omnia conseruantur ij, qui Resp. tales constituere uolunt: & omnia ad hypothefim suam referunt. *ἴδιό εἰσιν αἰτίαι, δι' ἃς περ αἱ δημοκρατίαι πλείους εἰσὶ: πρῶτον μὲν, ὅτι διαφοροὶ δῆμοι: γίνεσθαι γὰρ τὸ μὲν γεωργία*

κὸν πλῆθος, τὸ δὲ βάνανσον καὶ θηλικόν. δευτέρα, τὰ
 τῶν δημοκρατίας ἀκοιουθῦντα καὶ δοκῦντα εἶναι
 ταύτης πολιτείας οἰκεία. ταῦτα γὰρ συντιθέμενα,
 τὰς δημοκρατίας ποιεῖ ἑτέρας: ζητῶσι μὲν γὰρ εἰ
 τὰς πολιτείας καθιστάντες, ἀπανθα τὰ οἰκεία συναγο
 γᾶν πρὸς τὴν ὑπόθεσιν.

Cap. 2.

Quot igitur sunt hoc loco consideranda illis
 qui Democratiam mol-
 untur?

Duo. Hypothesis (ἀξίωμα) Democra-
 tiae: & eius Mores. τὰ ἦθη καὶ ὄρι ἐφίεται. Hæc
 omnia popularia (δημοτικά) ab Aristotele
 uocantur.

Quæ nam est Hypothesis Demo-
 cratiæ?

Libertas ἐλευθερία. τῆς γὰρ σοχάειδαι φα-
 σὶ πᾶσαν δημοκρατίαν.

Quot sunt Notæ?

Dux. Prima est uicissitudo imperij: Ius-
 tum enim populare est æquale habere se-
 cundum numerum, non secundum digni-
 tatem. Altera est uiuere ut uelis: hoc enim
 opus libertatis proprium existimant: si
 quidem serui sit, uiuere non ut uelit. ἐρ σι-
 μαίον ἐλευθερίας τὸ ἐρ μέρεθ ἀρχεῖσθαι καὶ ἀρχεῖν. καὶ
 γὰρ τὸ δίκαιον τὸ δημοτικὸν τὸ ἴσον ἔχειν ἐστὶ κατ'
 ἀριθμὸν:

ἀριθμὸν: ἀλλὰ μὴ κατ' ἀξίαν δέυτερον ἢ ὄρον ἐπὶ
τὸ ζῆν ὡς βύβηται τις. τοῦτο γὰρ τῆς ἐλευθερίας ἕρ-
γορ εἶναι φασι, ἅπερ τὸ ἀλλόθον τὸ ζῆν μὴ ὡς
βύβηται.

Qui nam sunt Mores Democratiae?

I. Omnes magistratus ex omnibus eligi:
τὸ αἰρεῖσθαι τὰς ἀρχὰς πάντας ἐν πάντων.

II. Omnes singulis imperare & vicissim
singulos omnibus: τὸ ἀρχεῖν πάντας μὲρ ἐνά-
τος, ἕκαστον δ' ἐν μέρει πάντων.

III. Magistratus forte eligere: τὸ ἰληρωτὰς
εἶναι τὰς ἀρχὰς.

III. Nullos magistratus ex censu eligi: τὸ
μὴ ἀπὸ τιμῆ μαλ' ἢ μηθενὸς εἶναι τὰς ἀρχὰς.

V. Ne idem ullum magistratum nisi mili-
tarem bis gerat: τὸ μὴ δις τὸν αὐτὸν ἀρχεῖν μη-
δεμίαν, ἔξω τῶν ἰατῶν πόλεμον.

VI. Ut paruo tēpore duret magistratus:
τὸ ὀλιγορόντις τὰς ἀρχὰς.

VII. Iudices esse omnes ex omnibus: de
omnibus: τὸ διαλέξαι πάντας καὶ ἐν πάντων καὶ
περὶ πάντων.

VIII. Penes populū esse summū imperiū:
τὸ τῆν ἐκκλησίαν κυρίαρ εἶναι πάντων.

IX. Sportulas dare praesertim omnibus,
populo, iudicibus, magistratibus: τὸ μισθό-
φορ εἶναι, μάλιστα μὲρ πάντας, ἐκκλησίαν, δικαστήρια,
ἀρχὰς.

p X. Obscu-

X. Obscuritas, paupertas, rusticitas. Oligarchia enim nobilitate, diuitiis, disciplina circumscriptur.

ἐπειδὴ δ' ὀλιγαρχία τι γίνεται ἢ πλῆτῳ ἢ πτωχείᾳ ὀρίσσειται: τὰ δημοκρατικά δὲ ἐναντία τούτων εἶναι, ἀγένεια, πενία, βαναυσία.

XI. Nullum magistratū esse perpetuum: τὸ τῶν ἀρχῶν μηδεμίαν αἰδιον εἶναι.

Cap. 4.

Quæ nam Democratiæ species optima est?

Prima & antiquissima est optima, Agricolæ, uidelicet. Nam qui in re tenui est, otio non abundat: ideoq; conciones non sæpè obit: & quoniã rebus necessarijs destituitur, operi rustico incumbit, nec aliena appetit: laboresq; sibi iucundiores quàm omnia ciuilia officia & imperia existimat. In summa, magis lucro quàm honoribus trahitur. Cuius rei argumentum est, quod & olim tyrannis et hodie oligarchijs equo animo paret, si & à laboribus suis nō prohibeatur, nec quicquàm ipsi auferatur. Vide Virgil. 2. Georg. in fine. Horat. in lib. Epod. oda. 2. Ciceronem in Caton. Catonem in princ. lib. de Re rust. Politianum in Rustico. βελτίστη ἢ πρώτη ἢ ἀρχαιοτάτη πασσῶν. λέγω δὲ τὴν γεωργικήν. βέλτιστος γὰρ δῆμος ὁ γεωργικός, διὰ μὲν γὰρ τὸ μὴ πολλὰ οὐσίαν ἔχειν, ἄσυχλος.

Ἰσοχρόσ. ὥστε μὴ πολλάκις ἐπιλησισιάζειν. διὰ δὲ τὸ
 μὴ ἔχειν ταναγαυαία, πρὸς τοῖς ἔργοις διατρίβουσι ἢ
 τῶν ἀλλοτρίων ἢ ἐπιθυμοῦσιν. ἀλλ' ἥδιον τὸ ἐρ-
 γάζεσθαι τῷ πολιτεύεσθαι καὶ ἄρχεσθαι. εἰ γὰρ πολ-
 λοὶ μάλλον ὀρίζονται τῷ κέρδους ἢ τῆς τιμῆς. ση-
 μείον δὲ. καὶ γὰρ καὶ τὰς ἀρχαίας τυραννίδας ὑπέε-
 μενον, καὶ ἀσολιγαρχίας ὑπομένουσιν. εἴη τις αὐτῶν
 τοὺς ἐργάζεσθαι μὴ κωλύει, μηδ' ἀφαιεῖται μηδὲν.
 Utile tamen censet Aristoteles, si eiusmodi
 di genus hominum magistratum ele-
 ctioni & rationibus de gesto magistratu
 reddendis iudicio adhibeatur. Hoc enim
 pacto & illis ipsis popularibus, si qui sint
 qui honorum non omnino uelint expe-
 tes esse, satisfiet: & ipsi magistratus in offi-
 cio continebuntur. Nam in suspensio esse,
 nec habere liberum arbitrium faciendi
 quod quis uelit, utile est. Potestas enim fa-
 ciendi quod libet, non potest humanam
 malitiam cohibere. συμφέρον ἰσὶ τῇ πρώτῃ
 Δημοκρατία τοὺς πολλοὺς λυγροὺς εἶναι τῷ ἐλεῶσαι
 καὶ εὐθύνειν. τοῦτο γὰρ ἀναπληροῖ τὴν ἐνδλειαν, ἑτέ-
 ροφροτιμίας ἔχουσιν: καὶ οἱ ἄρχοντες ἀξιοῦσι δικαίως.
 διὰ τὸ τῶν ἰσθμῶν εἶναι κρυφῶς ἐτίρας. το γὰρ ἐπὶ
 κρυφῶς εἶναι καὶ μὴ πᾶν ἐξ εἶναι ποιεῖν ὅτι αὐτὸς
 συμφέρον ἰσὶν. ἢ γὰρ ἔξοσια τοῦ πρώτου ὅτι αὐτὸς
 εἶδη τις ἢ δύναται φυλάττειν τὸ ἐπὶ ἐνάσω τῶν ἀν-
 θρώπων φάλλον.

Quomodo ad agriculturæ studium potest
uulgus incitari? πῶς ἀρ' ὁ δῆμος
γένοιτο γεωργιός:

Ad eam rem utiles sunt ueteres quædã
leges, quibus cautum est de certo modo
agrorum possidendo: item illæ quib. pro-
hibetur ne quis suam portionem quæ ipsi
initio obtigit, alienet. Fuit & Oxyli lex,
quæ idem ualeat, ne scilicet quis pro mu-
tuo suam portionem oppigneret. πρὸς τὸ
ἐκπλασσειν ἀξίην γεωργῶν τὸν δῆμον, τὰς τε νόμους τε
νῆς τῶν παρὰ τοῖς πολλοῖς λεγόμενων τὸ ἀρχαῖον,
χρήσιμοι πάντες, τὸ μὴ ἐξίνασι λεηστῶσαι πλείων γῆν
μίτρα τινός. ἢ ἢ δὲ τὸ γε ἀρχαῖον ἐν πολλοῖς πόλεσι
νενομοθετημένον, μηδὲ πωλεῖν ἐξέσθαι τῆς πρώτης
πλήρης. ἔστι δὲ καὶ ὁρ' Οξύλιος λέγει νόμον εἶναι, τοῦ-
τόν τε δυνάμεν, τὸ μὴ δανείζειν εἰς τὴν μέγ' τῆς
ὑπαρχέσης ἐνάσθω γῆς.

Quæ nam est altera Democraticæ
species?

Post agriculturalum multitudinem, opti-
mus populus est qui ex pastoribus constat,
& ex pascuis uiuit. Multa enim habet A-
griculturæ similia. Quin & ad actiones bel-
licas habitu exercitati & corpore robusti,
& ad uitam sub dio agendam idonei sunt
utricq; agricolæ & pastores, Reliquū uerò
uulgus,

vulgus, ex quo reliquæ Democratix constant, his omnibus rebus inferioris & deterioris est. μετὰ τὸ γεωργικὸν πλῆθος, βίβλιος δὲ μὸς ἐστίν, ὅπως νομῆς εἶσι καὶ ζῶσι ἀπὸ βοσκημάτων, πολλὰ γὰρ ἔχει τῆ γεωργίᾳ παρεκκλίσεις: καὶ τὰ πρὸς τὰς πολιμίας: πράξεις μάλιστα ἕτοι γεγενησάμενοι τὰς ἔξαι, καὶ χρύσιμοι τὰ σώματα, καὶ δυναμένοι θυραυλῶν. τὰ δ' ἄλλα πλῆθι πάντα σχεδόν ἐξ ὧν αἱ λοιπὰ Δημοκρατίαι συνεστῶσι, πολλῶ φραλότερα τῷ τῶν.

Quæ nam est tertia Democratix
species?

Est Artificum, mercenariorum, & forensis turbæ: quorum uita est deterior superioribus duobus generibus. Hoc enim genus circumforaneum, nihil cum uirtute coniunctum habet: & quoniam in foro & urbe uersatur, facile est ad conciones & circulos. ὁ βίος φαῦλος καὶ ἕθέρ ἐργον μετ' ἀρετῆς, ὧν μεταχειρίζεται τὸ πλῆθος τὸ τε βαναύσωρ καὶ τὸ τῶν ἀγοραίων ἀνθρώπων καὶ τὸ θυμικόν. ἔτι τε διὰ τὸ περὶ τῶν ἀγορῶν καὶ τὸ ἄστυ κυλιέσθαι πᾶν τὸ τοιοῦτον γένος, ὡς εἰπεῖν, ῥαδίως ἐκπληροῦσθαι. Sic Cæsar lib. 4. de Gallis ait: Est hoc Gallicæ consuetudinis, ut & uiaiores etiam inuitos consistere cogant, & quod quisque eorum de quaquæ re audierit aut cognouerit, quæ-

rant: & mercatores in oppidis uulgus circumfistat, quibusque ex regionibus ueniunt, quasque ibi res cognouerint pronuntiare cogat.

Quæ nam est quarta species?

Est in qua omnes superiores commiscetur. Hanc non potest quælibet urbs ferre, nec etiam eadem facile consistere potest: nisi legibus & consuetudine benè sit munita. τὴν τελευταίαν, διὰ τὸ πάντας κοινωθεῖν, ὅτε πάσης ἐστὶ πόλεως φέρειν, ὅτε ἕξιον διαμίνειν, μὴ τοῖς νόμοις καὶ τοῖς θεοῖς εὐσχημένῃ.

Qualis ergo Custodia, & constitutio in hac Rep. requiritur?

Instituta Clisthenis Atheniensis & Cyrenaicorum hæc usui erunt. Sicut enim illi, ita huius Reipublicæ architectus agere debet. Multæ enim tribus instituendæ sunt, & curiæ, ubi sacra fiant communia: omninoque opera danda, ut omnes inter se commisceantur, prioresque familiaritates disiungantur: seruorum, uxorū, liberorum anarchia instituat: cuiuslibet libertas pro uoluntate sua uiuendi permittatur. Et talis fuit prima Romanorum Reipublic. πρὸς τὴν τοιαύτην δημοκρατικὴν τοιαῦτα κατὰ σκευάσμα.

σπεινόμενα χρέτιμα, οἷς Κλειθένης τε Ἀθήνησιν ἐχρήσατο καὶ οἱ περὶ Ἰουρνήν. φυλαί τε γὰρ ποιηταὶ πολέους καὶ φρατρίαι κατὰ τῶν ἰδίων ἱερῶν: καὶ πάντα σφιγμένοι, ὅπως ἂν ὅτι μάστιγα ἀναμιχθῶσι πάντες, ἀλλήλοις, αἱ δὲ συνάθει διαβυχθῶσι αἱ πρότερον. ἐτι δὲ καὶ τὰ τυραννικὰ κατὰ σκευάσματα, δημοτικὰ δὲ πᾶντα; λέγω δ' εἰς ἀναρχία τε δούλων καὶ γυναικῶν καὶ παιδῶν: καὶ τὸ ἄνθρωπος ὅπως τις βούλεται παρορᾶν. ἢ διὸν γὰρ τοῖς πολλοῖς τὸ ἄνθρωπος ἢ τὸ σωφρόνως. Atq; hæc de duplici procemio Aristotelis. Sequitur ut uideamus quo pacto Democratiam tutam & perpetuam conseruemus. Nam ut Poëta ait:

Non minor est uirtus, quã querere, parta tueri.

Iraque cauenda sunt ea, quæ Respub. conuertunt, & leges tam scriptæ, quàm non scriptæ sancientiæ sunt, quæ ea comprehendunt, quæ Democratix salutaria sunt. Cap. 2.
 ἔτι μὲν ἔργον τῆ νομοθέτου, οὐ τὸ κατὰ γῆσαι μέγιστον ἔργον, οὐδὲ μόνον: ἀλλ' ὅπως σώζονται μάλλον. διὸ δὲ περὶ ὧν τεθεώρηται πρότερον, τίνες σωτηρία καὶ φοβὰ τῶν πολιτῶν: ἐν τούτων περιᾶσαι κατὰ σκευάσαι τὴν ἀσφάλειαν, ἵλασθαι μέντοι μέρτερά φθέρουσα: τιθεμένους δὲ τοῖς νόμοις καὶ τὴν ἀγράφην, καὶ τὴν γεγραμμένην, οἱ περιλήψουσαι μάστιγα τὰ σώζοντα τὰς πολιτείας.

Quæ nam sunt igitur illa *Democratia*
salutaria?

Non debemus putare id populare esse,
quod Remp. maximè popularem reddit,
sed quod quàm diutissimè: *μη δει νομίζεω*
τὸ τ' εἶναι δημοσιον ὁ ποιήσει τῶν πόλεω ὅτι μάλι
στα δημοκρατία δει, ἀλλ' ὁ πλεόντων χρόνον.

Itaq; publicationes bonorum, nō oportet
inter respublicas, sed inter sacras referri.
Alioquin frequentes erunt ciuium con-
dēnationes: *οἱ δημοαγωγοὶ χαρίζομενοι τοῖς δή-*
μοις, πολλὰ δεικέουσι κατὰ τῶν δικαστηρίων. διὸ
δει πρὸς ταῦτα αὐτίκ' ἄγειν τὸς κηδομένους τῆς πό-
λεως: νομοθετῶντας μηδὲν εἶναι δημοσιον τῶν δικ-
τα δικαστομένων φερόντων πρὸς τὸ νομόν, ἀλλ' ἱε-
ρόν. ὁ γὰρ ὄχλος ἤτις δικαστῆριεται, τῶν κρινομέ-
νων κήσει δει μηδὲν μέλλων.

II. Oportet cauere ne publica iudicia sint
frequētia: id quod fiet si calumniatoribus
graues pœnæ infligantur, aut se ad talionē
inscribere cogantur. Neq; enim plebeios,
sed nobiles plerunq; solet in periculū capi-
tis uocare. *ταὶς γινομένης δημοσίας δικας ὡς ὀλι-*
γίστας αἰεὶ ποιεῖν, μεγάλους ἐπιτιμίους τὸς ἐνὶ γραφο-
μένους κωλύοντας. ἢ γὰρ τὸς δημοτικούς, ἀλλὰ τοὺς
γενεῖους εἰσάγειν εἰσάγειν. Huc pertinet
lex Rhemia, qua calumniatoribus pœna
irrogatur:

rogatur: ut scilicet accusator, qui crimen intendit quod probare non potest, prænam ferat quam laturus erat reus, si conuictus fuisset. l. i. §. calumniatoribus. Ad S. C. Turpil.

III. Quoniam extrema Democratix species populosa est, ideo & difficile est sine salario conciones obire: id agendum est, ut ubi Respub. nullos redditus habet, rara comitia & iudicia fiant. Vbi autem redditus sunt, nequaquam faciendum est quod demagogi, qui ea, qui supersunt, diuidunt, una & partem capiunt: sed postea denuo egent. Nam hoc auxilium inopum, est periculosum dolium, ut in prouerbio est. *ἔπει αὖτε λυγῆσαι, Δημοκρατία πολυάνθρωποι τέ εἰσι καὶ χαλεπὸν ἐκκλησιάζειν ἀμίδους: ὅπως μὲν πρόσοδοι μὴ τυγχάνουσιν οὐσαί, ἀλλὰ ποιῆν ὀλίγας ἐκκλησίας, καὶ δικαστήρια: ὅπου δὲ εἰσὶ πρόσοδοι, μὴ ποιῆν ὀνῆροι δὲ ἀμαγωγὸι ποιῶσι. τὰ γὰρ περιόντα νέμου σιλαμβάνουσι δι' ἅμα, καὶ πάλιν δέονται τῶν αὐτῶν. ὁ τετραμένθ' γὰρ ἐστὶ πῖθ' ἢ τοιαύτη βεῖθεα τοῖς ἀπῆροις.*

III. Vtile est imitari Carthaginenses. Nam semper aliquos tenues ex urbe in uicina loca mittunt, ut eos ditent. Et alioqui nobiles & prudentes uiri tenuibus succurrunt, & occasionem ad opera faciēda præbent,

bent, ne sint ocioſi. τοῦτον τῖνα τρόπον παρκα-
 λόνιοι πολιτεύομενοι, φίλον κέηνται τὸν δῆμον,
 ἀλλ' γὰρ τινὰς ἐκπέμποντες τῷ δήμου πρὸς τὰς πε-
 ριοικίας, ποιῶσιν, ὑπόρους. χειρῶν δ' ἔστι καὶ νῦν
 ἐχόντων γναρίων, καὶ διαλαμβάνουſας τὸς ἀπόρους
 ἀφορμὰς διδόντας, τρέπαι ἐπ' ἐργασίας.

V. Rectè etiam imitari licet Tarentinos,
 qui prædiorum suorum uſum fructum te-
 nuibus communicando, multitudinis be-
 neuolentiam ſibi comparant. ἁπλῶς δ' ἔχει
 μυμῶδα καὶ τὰ ταραντίνων. εὐεῖνοι γὰρ νοινά ποι-
 οῦντες τὰ κτήματ' αὐτοῖς ἀπόροις ἐπὶ τῶν χρῆσιν, εὐ-
 νου παρὰ σκευάσει τὸ πλῆθος.

Huc pertinent feuda & Emphyteuſes.

Cap. 6.

DE CONSERVATIONE OLI-
 GARCHIAE.

Quæ nam hic præcepta conſeruationis habes?

Hæc ſuperioribus præceptis de Democra-
 tia quodammodo contraria ſunt. Itaq; ſingulas ſpecies Oligarchiæ ita conſtitue-
 re oportet, ut ea ſumantur quæ ſingulis
 Democratix contrarijs ſpeciebus diſſen-
 tanea ſunt. ἐν τῶν ἐναντίων δὲ συνάγειν ἐνάσθην
 ὀλιγαρχίαν πρὸς τὴν ἐναντίαν δημοκρατίαν ἀνα-
 λογιζόμενον. Sed in quarta Oligarchiæ ſpe-
 cie, hic labor, hoc opus eſt, Nam,

Deter

Deterrimæ Resp. maiore diligentia & custodia opus habent. αἱ χεῖρισται τῶν πολιτεῶν πλείσθης δέονται φυλακῆς. Sicut enim corpora robusta & nauigia quæ bonos habent nautas, faciliè quamuis impetum sustinere possunt; econtrà uerò corpora morbosa & nauigia soluta ac malos nautas nacta, etiam minimis impulsibus cedunt: Ita & Resp. pessimæ, faciliè dilabuntur. ὡς περ γὰρ τὰ μέρη τῶν σώματα διακείμενα πρὸς ὑγίαιαν, καὶ πλοῖα τὰ πρὸς ναυτιλίαν καλῶς ἔχοντα τοῖς πλωτῆρσιν: ἐπιδέχεται πλείσθς ἀμικρίας, ὥστε μὴ φθίρεισθαι δι' αὐτάς: τὰ δὲ νοσικῶς ἔχοντα τῶν σωμάτων, καὶ τὰ τῶν πλοίων ἐκλελυμένα καὶ πλωτῆρσιν τετυχηκότα φάδλωρ, ὅδε τὰς μικρὰς δύνανται φέρειν ἀμικρίας, οὕτω καὶ τῶν πολιτεῶν αἱ χεῖρισται πλείσθης δέονται φυλακῆς.

At quarta Oligarchiæ species est omnium deterrima: Ex altera enim quasi parte respondet ultimæ speciei Democratiæ, estq; dynastiæ & tyrannidi maximè affinis ἕστῃ ἀντικείμενῃ τῇ τελευταίᾳ δημοκρατείᾳ καὶ δυναστικῷ καὶ τυραννικῷ τῇ.

Custodia igitur maximè opus habet: δέεται οὖν πλείσθς φυλακῆς.

Quomodo igitur conseruatur Oligarchia?

Sicut Democratiæ seruatur p̄ populī frequentiam.

quentiam: ita Oligarchia per bonum ordinem. τὰς μὲν δημοκρατίας ὄλης ἢ πολυανθρωπία σώζει: τὴν δὲ ὀλιγαρχίαν ἢ ὑψίστια. Illud quoque Oligarchiæ proprium est, Equitatus curam agere: de qua re supra Aristoteles libro 4. cap. 3. & hoc lib. 6. cap. 7. Duo enim

Cap. 7. genera præliorum sunt: Terrestre & Navale. Terrestre aut Equitatu constat, aut peditatu. Peditatus aut grauis aut leuis armaturæ est. Equitatus igitur & grauis armatura, Oligarchica: At leuis armatura & Naualis expeditio Democratica sunt. Sed in Repub. idem fieri debet, quòd in bello à ducibus, qui cum Equitatu & graui armatura, leuem coniungunt. Leuis enim armatura propter expeditam leuitatem facile & cum Equitibus, & cum armatis pugnam ciet.

De Magistratibus & eorum speciebus?

Cap. 8. Supra lib. 4. cap. 15. Magistratum tractationem in hoc ultimum caput reieci-
mus: illorum igitur species ὡς ἐν τῷ πρώτῳ persequamur.

Quotplex est Magistratus?

Aristoteles τῶν ἀρχῶν, id est, Magistratum

tuum seu officiorum municipalium duos genera summa facit. Vnum necessarium, sine quo ciuitas consistere non potest. Alterum minus necessarium, sine quo decore habitari non potest. τῶν μὲν ἀναγκαῖων ἀρχῶν χωρὶς, ἀδύνατον εἶναι πόλιν: τῶν δὲ πρὸς εὐταξίαν καὶ κόσμον ἀδύνατον οἰκᾶσθαι καλῶς.

Quot sunt Species primi generis?

Magistratus alius est Politicus, qui circa res ciuiles & officia municipalia: alius facer, qui circa res diuinas uersatur. Politicus quoque rursus est aut inferior, aut superior. Inferior aut res communes curat, aut rationem gesti Magistratus reposcit. Is Magistratus qui res communes curat, aut minoris, aut maioris notæ est: qui minoris notæ est, aut in urbe est, qui urbanus: aut extra urbem: qui Suburbanus dici potest.

Qui nam sunt Magistratus urbani?

I. Ἀγορανόμοι, ædiles cereales, Marktmeister, inspectores rerum in foro uenaliū, emptionum & modestiæ. ἀρχὴ περὶ τῆν ἀγορὰν ἑφορῶσα περὶ τε τὰ συμβολαῖα καὶ τῆν ἐννοσμίαν.
Hic Magistratus omnibus ciuitatibus necessarius est, propter mutuam rerum necessa-

cessariarum emptionem & uenditionem; quæ proxima causa est cur homines in ciuitates tanquam communem cœtum se contulerint.

II. Ἀστυνομοὶ, præfecti urbis, & ἀστυνομία tanquam lex urbica: de operibus urbis publicis & priuatis, ut de ædibus ruinosis, de itinere & uiarum custodia & refectione, de terminis & finibus, ne de his lites oriantur. Habet autem sub se plures species, præsertim in ijs ciuitatibus, quæ populosiores (πολυανθεωποτέραι) sunt. Comprehendit enim τεχνοποῦνς murorū curatores, κρηνοῦν ἰπιμεληταίς, κρηνοφύλακας fontium custodes: λιμένων φύλακας, λιμενοφύλακας, portuum custodes, quos Arcadius uocat Limenarchas.

III. Ἀποδέλναι ἢ ταμίαι, Coactores seu Questores, qui redditus publicos cogunt, eosque in sumptus publicos distribuunt & erogant. ἀρχὴ πρὸς ἢ αἰ πρόσσοιοι τῶν κοινῶν ἀναφέρονται, παρ' ὧν φυλαττόντων μερίζονται πρὸς ἐνάσθηρ διοίκησιν. Arcadius uocat susceptores, nomine ex Græcis fontibus deriuato.

IIII. Ἰερομνήμονες, ἐπιτάται, μνήμονες: sacri scribæ, Tabularij, actuarij, à commentarijs, qui in tabulas publicas referunt, ea quæ memoriæ mandari opus est. ἀρχὴ πρὸς

ἢ ἄναγράφεσθαι διὰ τὰ τε ἰδία συμβόλαια καὶ τὰς
 κρήσεις ἐν τῶν δικαστηρίων καὶ τὰς γραφὰς τῶν δε-
 κῶν καὶ τὰς εἰσαγωγάς.

V. Σωματοφύλακες & πρῶντορες, custodes
 carceris qui reos & condemnatos custo-
 diunt. Iurisconsultis Commentarienses di-
 cti, quod in commentarium custodias refe-
 rebant, & ueluti diarium custodiarum cō-
 ficiebant. Exactores qui pœnas à con-
 demnatis exigunt & multam in tabulas
 referunt. χαλεπὴ μὲρ οὖν ἐστὶ ἀρχὴ διὰ τὸ πολλὴν
 ἔχει ἀπέχθειαν ἀναγκάσια δὲ ὅτι ὄδ' ἔν ὄφελ' ὅ, γί-
 νεται μὲρ δίκης περὶ τῶν δικαίων, τὰντας δὲ μὴ
 λαμβάνειν τέλ'.

Qui nam sunt Magistratus sub-
 urbani?

I. Ἀγρονόμοι: qui agros urbi uicinōs mo-
 derantur.

II. Ἰλωροί: qui Sylvas curant.

Qui nam sunt Magistratus maioris notæ
 seu dignitatis?

Qui maiore experientia & fide opus
 habent, ἀρχαὶ αἱ ἐν μείζονι σχήματι τεταγμέναι
 εἰσὶν αἱ ἰμαθρίας καὶ πείσι' ὅ δέονται πολλῆς.
 Vt sunt.

I. Φύσ

I. Φύλακες τῆς πόλεως Custodes urbis. Conueniens enim est & belli, & pacis tempore portarum, murorum & custodes esse.

II. Ἐξετάσται. Censores: qui ciuium recensionem agunt, eosque in classes concentuant. ἐπιμεληταὶ τῆς ἐξετάσεως καὶ συλξαξίως τῶν πολιτῶν.

III. Στρατηγοί, πολέμαρχοι duces, qui res bellicas procurant: & ad quos summa rei militaris refertur. οἱ τακτοῦμενοι πρὸς τὰς πολεμικὰς χρῆσας. Sub his sunt ναύαρχοι, Classi præfecti, Amiralî, ἵππαρχοι, Magistri Equitum, Marechalli. ταξιάρχοι qui acies instruunt. τριήραρχοι præfecti singulis triremibus. λοχαγοὶ primipili, φύλαρχοι tribuni seu centuriones.

Quod' nam est alterum genus inferioris Magistratus?

Est id quod rationem gesti Magistratus reposcit. Cum enim aliî sunt qui rem publicam tractant: necesse est alios esse qui rationibus præsent, idque unum agant. ἐπεὶ ἐνταῦθα τῶν ἀρχῶν διαχειρίζουσι πολλὰ τῶν κοινῶν ἀναγκαῖον ἕτερον εἶναι τῆν λεγομένην λογισμὸν καὶ προσευθυνοῦσαν αὐτὴν, μηδὲν διαχειρίζουσαν ἕτερον. Vocanturque ἐξετάσται, συνηγόροι, ἔθυνοι, λογισταί, ἔθυνοι de edictis iniuste propositis inquit.

inquiritentes: λογισαί de pecunijs iniuste ablati: quasi magistratus repetundarum aut peculatus. Atq; hæc de inferioribus magistratibus.

Qui nam sunt superiores?

Sunt ij penes quos est summum imperium: ut Senatus. *κυρία πάλῳν ἀρχή, οἶον πρόβουλοι ἢ βουλή.* Atque hæc de politicis magistratibus.

Qui nam sunt sacri Magistratus?

Qui circa res sacras uersantur: ij q; sūt duplices. Aut enim sacris operantur, aut res sacras procurant. Sacris operantur sacerdotes, eorumque munus *ιεροσύνη* sacerdotium dicitur. Qui res sacras procurant, aut inferiores sunt, ut *ιεροποιοὶ* ministri sacrorum: ut *ναοφύλακες*, quibus tutela & facta tecta ædiū sacrarum commissa sunt: *τὸ σάξιδαι τὰ ὑπάρχοντα καὶ ἀνορθῶσαι τὰ πῖπτοντα τῶν οἰκοδομημάτων*: ut *ταμίαι τῶν ἱερῶν χρημάτων*, quæstores sacri: aut superiores sunt, ut rex sacrorum *βασιλεὺς*, qui & *ἀρχων* & *πρωτάνης* uocabatur, id est, Epulo, quod in publica læticia tribulibus Epulum prebebat. Atque hæc de magistratibus necessarijs.

q

Recita

Recita igitur in summa res circa quas hē
magistratus uersantur.

Magistratus uersantur circa res diuinas
& bellicas: circa uectigalia, impendia & pu-
blica, arca, forū, urbē, portas & regionē u-
niuersam: circa iudicia, cōmercia, p̄fessio-
nes, exactiones, custodias, ratiocinatiōes,
recensiones, deniq; circa rationes referen-
das ab ijs qui procurationes & magistra-
tus gesserūt: est postremo circa id quod in
cōmune consulit, quæ Curia uocatur. καὶ ἀ-
ναγκαστικὰ ἐπιμέλεια εἰσι περὶ τούτων (ὡς εἰπῶν συγ-
κεφαλαιωσαμένους) περὶ τε τὰ δαιμόνια καὶ πολε-
μικὰ, καὶ περὶ τὰς προσόδους, ἢ περὶ τὰ ἀναλισκώ-
μενα, ἢ περὶ ἀγορᾶν, ἢ περὶ τὸ ἄστυ ἢ λιμένας, ἢ τὴν
χώραν, ἢ τε τὰ περὶ τὰ διαστήρια, ἢ συναλλάγμα-
τα, ἀναγραφὰς καὶ πράξεις ἢ φυλακὰς ἢ ἐπιλογισ-
μὸς τε ἢ ἐξετάσις ἢ πρὸς εὐθύναν τῶν ἀρχόντων: ἢ
τέλῃ, καὶ περὶ τὸ βουλευόμενον τῶν κοινῶν εἰσί.

Quod nam est alterum genus magistra-
tuum, quod minus necessarium
dixisti?

Quod ad decus & elegantiam ciuilis uis-
tæ pertinet, & ad morum cōformationem
facit: instituitque fere in ijs ciuitatibus so-
let, quæ maiore otio fruuntur commodio-
reque uiuendi ratione sunt præditæ. ἢ ταῖς

σχολαῖς

ἄρχοντινιώτεραις καὶ μάλλον εὐκλειστῶσιν πόλε-
σιν ἔτι δὲ φροντισούσιν εὐκλείας. Eius gene-
ris sunt.

I. γυναικονόμοι : arbitri matronalis decen-
tix, & modestix: qui statuebant ne mulie-
bris mundus aut cultus matronalis in lu-
xum aut habitum muliebri sexui indeco-
rum euaderet.

II. νομοφύλακες, conseruatores, qui magi-
stratus legibus uti cogebant, & ne quid
aduersus leges scisceretur, prohibebant.

III. παιδόνομοι, qui pueris educandis insti-
tuendisq; curā impendebant: ut ij ex mo-
re rituq; a maioribus instituto, artes & ci-
uiles & bellicas edocerentur.

III. γυμνασάρχου, Gymnastorū præfides:
quæ primū exercendis corporibus inuen-
ta, postea ad scholas philosophorū, & ad
animos exercendos translata sunt.

V. ἐπιμελητὰ τῶν ἀγώνων καὶ τῶν θεωρῶν. Cu-
ratores ludorum & spectaculorum, gym-
nicorum & Dionysiacorum. Item χορηγοὶ
Choragi, qui ornamenta & insignia ad
ludos præbebant, chorumq; ducebant:
Vide libro primo Pandectarum Iuris ci-
uilib: Imprimis l. 2. De Originis Iur. Item
Fenestell. de magistr. Roman. Arcadium
l. C. in l. fin. de muner. & honor. & ibi Bü-

dæum, Pausan. in Atticis. Sigonium de
 Repub. Atheniens. & eius abbreviatorem
 Zuuingerum lib. 3. Methodi Apodemicæ,
 & alios. Atque hæctenus à libro tertio tra-
 ctatum est de Repub. communi, quæ in re-
 rum natura consistere potest: sequitur de
 optima Rep. quæ rara & inuentu difficilli-
 ma & idea Platonica quodammodo est, à
 Moro in Vtopia delineata.

LIBER SEPTIMVS.

*Quot sunt partes Aristotelicæ disputationis
 de optima Republica?*

Dux. Proœmium per tria priora capita:
 & Apodixis.

Quid agit in Proœmio?

Principio differit de fine optimæ poli-
 tiæ seu Beatitudine, quam definit ex opti-
 ma uita, quæ cum uirtute coniuncta, & re-
 bus necessarijs ita ornata est ut ad actiones
 uirtutum, nullum impedimētum obijcia-
 tur. βίη ἀρίστη ἢ ποιηταῖς πόλιν, ὃ μετὰ ἀρε-
 τῆς λειτουργημένον ἐπιτίσῃτοιν ὡς τε μετέχειν τῶν
 κατ' ἀρετὴν πράξεων. Hæc autem sic intelli-
 genda sunt ut honorū animi ratio maior
 habeatur quàm fortuitorum. Nam bonis
 animi acquiruntur & conseruantur bona
 externa,